UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

174. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

Visual Library

tem manifeſtè detegi non valuerint, erga Ecclesiam ſuæ opinionis malam famam legaliter purgare cogantur, & ut religioſiùs de cetero vivant, & in monaſteriis converſentur, epiſcopali decreto & regia poteſtate coërceantur. De his enim Apoſtolus dicit: *Quæ cùm fornicatæ fuerint in Chriſto, nubere volunt.*

Caput iſtud multùm diverſum eſt ab editionibus vulgatis Concilij Meldenſis. Et tamen ſic ut à nobis editum eſt legitur in codice MS. Reginonis & in editione Helmæſtadienſi; niſi quòd in editione illa, vitio hauddubiè librariorum, verba quæ ſequuntur omiſſa ſunt: fructuoſam. Si autem manifeſtè detegi non valuerint, erga Eccleſiam &c.

De eadem re.

1. *Tim.*5. Burchard. lib. 8. c. 41. & Ivo parte 7. c. 59.

CLXXIV. De viduis Apoſtolus dicit: *Præcipe*, inquit, *ut viduæ inreprehenſibiles ſint. Vidua eligatur non minùs ſexaginta annorum, in operibus bonis teſtimonium habens, ſi filios educavit &c. Adoleſcentiores viduas devita. Cùm enim luxuriatæ fuerint, in Chriſto nubere volunt, habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt. Simul & otioſæ diſcunt circuire domos, non ſolùm otioſæ, ſed & verboſæ, & curioſæ, loquentes quæ non oportet. Volo ergo juniores nubere, filios procreare, matresfamilias eſſe, nullam occaſionem dare adverſario maledicti gratia. Jam enim quædam converſæ ſunt retro poſt Satanam.*

De eadem re. *Ex Lege Romana.*

Nov. Majoriani tit. 8.

CLXXV. Viduarum ſanè obſtinationi-